profligat, ruborem quam indignis adsociat. Expostulo
arte humani generis, ostentum qui levitatem tuam aperi
gendum Minervae simulacrum religionis cultus adduxe
rit, dum integritatis hostem inlata [illata] de loci foeditate
monstrat iniuria; Nec reverentiam te exhibere venerie
ae pollutioni, clamat publicata corruptio. Nesciunt pec
candi terminos, qui ad transgressionem sceleris excessuum
amore provocantur. modum in erroribus ignorent, qui
crimina excelsa molliti sunt. Dum Dionem [Didonem] et Palladem diver
sissima numina peregrinantibus mancipata sententiis,
in unum fabricata deridens arte coniungis. fecisti reli
gione tua acerbius quod delinquis. res summo digna pia
culo, miscere discordantia, et in unum collegere quibus
nisi secretum praestiteris, contumelias inrogasti [irrogasti]. Cre
ditis invenieri hominem de hac mundi gemina conversa
tione Ne utrum tenentem, et nec amicum virtutibus
existere, nec fidum vitiis inveniri. solent aliquos erigere
addis peccatum boni operis patrocinia culparum.
Et qui de sapore laudis alieni sunt, de licentiae fruge gra
tulari. Addite [addi] quae istarum rerum inveni et sectatorem
meliori ordini manus contrarias adtulisti, Nec in pro
bis sinceriter obsecutus colla summiteris. O di principes
viri morum suorum, remissos iudices condemno, qui per
neglegentiam serenorum actuum in dubium trahuntur.
Execrabilius tamen detestor, qui in utroque deprehensi
nulli exhibent instabilem conscientiam. Pollicentur
enim poenitentiae tempore honestati affectum,
quos fidem videris exhibere peccatis. Si te scelestissime
hominum ante Veneris delubra positum, stimulasset
Minervae recordatio, utramque potestatem male
diligens, ingenii tui memoria laesisset: fugisses illius
domicilium, cuius adversariam mente retinebas, qui
honor est ibi eius statuam conlocasse. Ubi dece

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0296